

## Dē marī (pars secunda)

Prope lignīle nātūra parvum sedīle in litore creāvit –

libenter hīc in sedīlī sedēre et mare altum observāre soleō.

Nōn possum peregrīnārī, itaque saltem ignōtās regiōnēs in somnīs videō.

Aliquandō Ōstiae magnam nāvem cum pulchrō aplustrī vīdī – in somnīs nunc nāvem cum aplustrī dēsīderō.

Somnōs et dēsīderia litterīs mandāre possum, nam memoriālia sōlācium dant.

Multī mīlitēs dē Caesaris commentāriīs narrant, Caesarem etiam scrīptōrem magnum habent.

Sed dux noster nūllus artifex est, Caesarem praecipuē bellātōrem habeō.

Caesar artis bellicae perītus est, sed litterās nōn callet.

Pozn.: *prope* (+AK.) – blízko, nedaleko; *sedīle*, *is*, *n.* – sedátko, lavice (nepřenosná); *solēre sedēre* – sedávat; *mare altum* – širé moře; *peregrīnārī* (dep.) – cestovat (po cizině); *in somnīs vidēre* +AK. – snít o čem; *aplustre*, *is*, *n.* – zahnutá záď lodi s ozdobami; *dēsīderāre* +AK. – toužit po čem; *dēsīderium*, *īī*, *n.* – touha; *memoriāle*, *is*, *n.* (obyč. pl.) – pamětní spis, memoáry; *sōlācium dare* – poskytnout útěchu; *commentāriī*, *ōrum*, *m.* – zápisky (synonymum k „memoriālia“); *habēre* +AK.+AK. – pokládat koho za co; *bellātor*, *ōris*, *m.* – válečník; *perītus* +GEN. – zkušený v čem; *ars bellica* – umění válečnické; *calleō*, *ēre*, *uī* (+AK) – znát, rozumět, vyznat se v čem;